Tercia medicina obviat senectuti unde est contra senibus
et obviat omni putrefactioni et defendit naturalem humidi-
tatem ne festinet ad dissolucionem retardat eam dissolui
et confortat cor et clarificat sanguinem cordis. Et confert leprosis
et tremori cordis et prestat audaciam et largitatem et aufert
timorem et melancoliam et abscindit materiam flegmatis que
suffocat naturalem calorem. Et hec omnia insunt senibus. Quarta me-
dicina quatenus in ossibus [illegible] que calida est et humida in 2o
gradu complete et preparata artificialiter ita quod subtiliter possit teri
et est illud quod natat in mari et est de medicina cuius minera est
ad longevitatem et est hec omnia subtilissime teratur sicut attomi
in radiis solis. Deinde carnem reptilis et minsa adde parum
et inde adde de speciebus odoriferis cordialibus ut magis ad tem-
peranciam reducatur considerato tempore etate et complexione secundum quod convenit
congruit. Deinde recipe eam cum eiusmodi ad requiritur liquida ut pos-
sit incorporari et ad cor et ad membra simul cum perveniat accedere
per venas capillares. Quidam recipiunt ad fames adest cum
cibo sapido sicut cum iure gallie. Alii sumunt mane cum vino
granatorum. Alii cum syrupo diuretico sapido. Alii in elec-
tuario ieiuno stomacho. Alii in ovo sorbili mane. Sed sciendum
quod omnis medicina que accipitur ieiuno stomacho cum re saporo-
sa cum incorporetur quam si aliter accipiatur.

Istud exponens sermonem viri admirabilis
fratri meo cuius vitam deus prolonget in expone-
do illud quod occultatum est in libro antiquorum de iuven-
tute a senectute retardanda et ipsius in [illegible] iuventute diu remanere
et sene quoque modo ad iuventutem redire. Et hoc fit cum con-
servatur virtus et spiritus et calor naturalis in suo temperamento et
et ipsorum confortatione et duplicatione in corde effectu. Nam quando
diu virtus et calor naturalis et spiritus non debilitatur neque pili
canescunt nec cutis corrugatur. Nam canicies et cutis corrugacio
accidit ex debilitate caliditatis naturalis declinantis ad frigi-
ditatem et siccitatem ex quo nutrimentum corrumpitur in membris.
Nam cibus pervenit ad quodlibet membrum et digeritur a calore il-
lius membri cum ergo debilitatur ille calor aliqua occasione cor-
rumpitur cibus et tunc accidit corrugacio cutis et canicies sicut
in senibus qui sunt frigidi et sicci. Sed hoc quidem non acci-
dit ex senectute sed ex infirmitate et tunc dicitur canicies viole-
ta vel innaturalis sicut in morphea et scabie et tunc pili albes-
cunt cum albedine cutis et causa est quia infirmitas est in cu-
te. Sed canicies autem est propter debilitatem caloris naturalis qui
exit a corpore quia senectus infrigidat et exsiccat corpus. Et
hec senectus et debilitas accidit duobus modis ex longo cur-
su nature debilitato. Et hec dicitur esse cum tempore licet per sapien-
ciam possit multum tardari. Alio ex naturate vel ex laboribus
superfluis et ex curis pessimis et hoc cum cito. Et hi sunt